Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



S E C V M

petiuit dicens. Volo ut ptinus des mihi in
disco. capiti iohannis baptiste. Et contris
tatus est rex. pptter iusiurandum. & pptter
simul recumbentes. noluit eam contristari.
sed misso spiculatore p̄cepit afferri capiti
eius in disco. Et decollauit eum in carcere.
& attulit capiti eius in disco. & dedit illud
puellae. & puella dedit matri suae. Quo au
dito. discipuli eius uenerunt & tulerunt
corpus eius. & posuerunt illud in monumento.

R m. lxi. VIII L. xci.

Et conuenientes apli ad ihm. renuntiauer̄
illi omnia quae egerant & docuerant. Et ait
illis. Venite seorsum in desertum locum.
& requiescite pusillum. Erant enim qui
ueniebant & redibant multi. & nec man
ducandi spatium habebant. Et ascenden
tes in naum. abierunt in desertum locum
seorsum. & uiderunt eos abeuntes. & cogno
uerunt multi. & pedestres de omnib̄ ciuita

.VI.

R m lxii. de sol.

R m lxiii. VI th lxxvii.